

PANORMITANI

ABBATIS

IN PRIMAM SECVNDI DECR.

LIBRI PARTEM

Commentaria.

Hac omnium nouissima Editione ab innumeris erroribus, quibus contextus multis in locis deprauatus, saepe mutilus, saepe mutatus, qua calamitate affecta quoque allegationes deprehendebantur, summo studio vindicata.

P R O O E M I V M.



QVONIAM hic principiu voluminis non existit, ideo in proemio & praeludiis aliter insilire non celsui: tñ quia super hoc secundo libro, alioru iuris canonici difficillimo, ac magis utili, quem de pñti in hac amplissima & ornatissima Senaru vrbe ordinariè lego; habete anno Dñi 1421. initiu scribendi sumpsi, fluxis decem

annis, quibus iugiter in hoc volumine Decretaliu publicè legendo elaborani; nefas existimaui; illotis (vt ita dixerim) manibus, interpretationis materiam attingere; maxime, quia cuiusq; rei potissima pars principium est; iuxta sententiam iurisconsulti in l. i. ff. de orig. iur. Et ne quodammodo viderer iure meo scientiam vendicare, & non illi scientiæ & totius bonitatis artificio tribuere, ipsius enim sapietia & fortitudo sunt, ipse mutat tempora & ætates, & regna transfert atque constituit; ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cū eo est. Danielis 2. c. Nullius. n. assertionis imbecillitas sacra valet enumerare mysteria; nisi superno fuerit erudita a magistro, testante sapietia fonte Salomone. Dominus dat sapientiam, & ex ore eius sapientia & prudentia. Nam qui sine saluatore, salutem vult habere; & sine vera sapientia existimat prudentē se fieri posse; non sanus, sed eger est; non sapiens, sed stultus in ægritudine assidua elaborabit, & in cæcitate noxia stultus, & demens pmanebit, 26. q. 2. c. qui sine saluatore. Hinc Ambr. super epistolam ad Colof. & trasumptiue in c. legimus. S. sed econtra. 37. dist. Omnis ratio supernæ scientiæ, vel terrenæ creature in eo est, qui caput est earum & auctor; vt qui hunc nouerit, nihil ultra quærat, quia hæc est perfecta virtus & sapientia, quicquid aliquid quæritur, hic perfectè inuenitur. Nam qui Christum nouit thesaurum sapientiæ & scientiæ inuenit, quia id nouit, quod utile est, his annectitur congrue, quod bellissimè Hiero. inquit 16. q. 1. c. reuertimini. Si quis doctus & eruditus in lege Domini, potest & alios erudire; non debet suæ assignare prudentia ingenioque quod possidet; sed gratias agat primum Deo, qui cuncta largitur; deinde sacerdotibus eius ac ministris, per quos à Deo eruditus est. si. n. gratias non egerit, & scientiam sibi vendicauerit, in penuria, maledicetur. Quod si eruditus, & intelligēs largitorem Deū, & agens his gratias, per quos à Deo eruditus est, humiliauerit se; & in horreum Dei cibos intulerit, hoc est sapientiæ alimenta populo ministrauerit, statim aperientur super eo cataractæ cœli, & effundetur pluuia spiritualis super eum, & mandabit nubibus cœli, vt pluant super eum imbrem roris sui, & abundantia rerum omnium perfruetur. Quapropter ego Nicolaus de Tudeſco Cathanien. Siculus, inter doctores minimus ipsius scientiæ, capitis, & auctoris prolixè & piè, mentaliter, vocaliter verò compendiosè præsidium inuoco, vnà cum Boetio inquitens. O qui perpetua mundum ratione

gubernas. Terrarum cœliq; fator, qui tempus ab æuo ire iubes; stabilisque manēs, das cuncta moueri; Da pater angustam menti conscendere sedem; Da fontem lustrare boni, da luce reperta, In te conspicuos animi defigere nixus. Confusus itaq; de implorato auxilio ad ipsius honorem, cuius res agitur, ac de piissimæ ac deuotissimæ Virginis ipsius genitricis Mariæ gloriosissimæ; & Agathæ patronæ ac compatriotæ meæ, & Lucie præclarissimæ Siculæ, cuius hodie piè vigiliam colimus, non minus Benedicti, cuius a pueritia habitum gero; ad destinati operis perfectio nem, fidentiori & foeliciori animo descendendo, & in prosecutione hunc ordinem seruabo. Primo namque prolixè & superflue per alios scriptis refecatis, profus tacèdo, vel ad loca sua remittendo, obscureque tactis declaratis, colligam notabilia magis substantifica, & quæ vt plurimū cum materia examinanda non existunt. Secundo illico cō descendam ad glo. Ber. quæ cum exhibente se cunctorum conspectui; & ad text. declarationē tendant p prius, utile expedire decreui. Et quicquid ex tactis per doct. ad glo. est applicabile; eis annectere nitur, ne repetēdi eadem in effectu materia ministraretur. Tertio si quid per doct. ad gl. non applicabile apponitur, quod ad intellectum cap. necessario tendit, vel notatu sit dignum, ad materiam imminentē pertinens, per oppositiones, vel quæstiones, prout magis erit materiæ consentaneum, applicabo. & tam huiusmodi operis finem quam super aliis libris, super quibus (si fata sinant) scribere intendo, attingere mihi concedat precibus Lucie instantibus altissimus, à quo cuncta bona procedunt. Amen.

De Iudicijs.

Rubrica.

S U M M A R I V M.

- 1 Iudicium, quid sit, & quomodo diffinitur.
- 2 Iudicium non dicitur proprie, ante litem contestatam. Confessio dicitur facta in iudicio, etiam quod in eo non sit lis contestata.
- 3 Inquisitio, an sit iudicium extraordinarium, uel ordinarium.
- 4 Inquisitio, non uenit in materia stricta, appellatione officij ordinarij.
- 5 Patronatus participat de spiritualitate & temporalitate. Patronus potest uno presentato, alium presentare, & intellige ut infra c. r. n. me. 17.
- 6 Iudicium utrum dicatur criminale, quando imponitur pœna pecuniaria. Damnatus per inquisitionem euitat insamiam, & mitius punitur, quam damnatus per accusationem.
- 7 Pœna pecuniaria, quæ imponitur pro delicto, an applicetur fisco uel parti.

HÆC rubrica potest cōtinuari ad præcedētia duobus modis. Et primò sic; Supra in præcedentibus tit. visum est de præparatorijs iudicijs: nunc ad ipsa iudicia ueniendum est. Vel secundo sic; Supra visum est de instrumentis, quibus iudices iudicant; uidelicet, de constitutionibus & consuetudinibus. Item de iudicium potestatis & modis creandi iurisdictionem & potestatem iudicandi; nunc ad ipsa iudicia ueniendum est. Potest cōtinuari & tertio ad præcedentem tit. & sic magis ad proxima. In præcedenti tit. visum est de arbitris; verum, quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. l. i. ff. de arb. ideo annectitur &c.

Panor. super Prima Secundi Decr. A 2 Ad